36 Et peperit Sara uxor domini mei filium domino meo in senectute sua; deditque illi omnia quae habuerat.

Et peperit Sarah uxor domini mei filium domino meo post senectutem suam, & dedit ei omnia quae ei.

(H) Et peperit Sarra uxor domini mei filium domino meo in senectute sua
deditque illi omnia quae habuerat.

**Et peperit Sara uxor domini mei filium domino meo in senectute sua;
deditque illi omnia, quae habuerat.**

**Nun hatte Sara, das Weib meines Herrn, einen Sohn meinem Herrn nach
ihrem Altwerden geboren, und er gab ihm alles, was sein ist.**

**Sfara, meines Herrn Weib, gebar meinem Herrn in ihrem Alter einen
Sohn, dem hat er alles, was sein ist, übergeben.**

37 Et adiuravit me dominus meus, dicens: Non accipies uxorem filio meo
de filiabus Chananaeorum, in quorum terra habito.

*Et iurare fecit me dominus meus dicendo: Non capies uxorem filio meo de
filiabus Chenahanaei, cuius ego habitans in terra eius.*

(A) Non sumes uxorem filio meo a filiabus Chananaeorum inter quos ego
habito in terra eorum.

(H) Et adiuravit me dominus meus dicens non accipies uxorem filio meo de
filiabus Chananeorum in quorum terra habito.

**Et adiuravit me dominus meus dicens: "Non accipies uxorem filio meo
de filiabus Chananaeorum, in quorum terra habito;**

**Es hat mich nun mein Herr also beschworen: Du sollst für meinen Sohn
nicht ein Weib nehmen von den Töchtern des Kenaani, in dessen Lande
ich wohne,**

**Nun schwur mein Herr mich ein, sprechend: Du sollst meinem Sohn
nicht nehmen ein Weib von den Töchtern des Kanaaniters, in dessen**

Land ich siedle!

38 Sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies uxorem filio meo.

Si non ad domum patris mei ibis, & ad familiam meam, & capies uxorem filio meo.

(A) Sed in domum patris mei ibis et in tribum meam et sumes uxorem filio meo inde.

(H) Sed ad domum patris mei perges et de cognatione mea accipies uxorem filio meo.

Sed ad domum patris mei perges et de cognatione mea accipies uxorem filio meo".

Sondern vielmehr zu einem Vaterhause sollst du gehen und meiner Sippe und ein Weib für meinen Sohn nehmen.

Nein! In meines Vaters Haus sollst du gehn und zu meiner Sippe und meinem Sohn ein Weib nehmen.

39 Ego vero respondi domino meo: Quid, si noluerit venire mecum mulier?

Et dixi ad dominum meum: Fortasse non ibit mulier post me?

(H) Ego vero respondi domino meo quid si noluerit venire mecum mulier.

Ego vero respondi domino meo: Quid, si noluerit venire mecum mulier?

Da sprach ich zu meinem Herrn: Vielleicht wird das Weib mir nicht nachfolgen?

Ich sprach zu meinem Herrn: Vielleicht aber will das Weib mir nicht

nachgehn?

40 Dominus, ait, in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum,
& diriget viam tuam; accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea,
& de domo patris mei.

*Et dixit ad me: Dominus cuius ambulavi in conspectu, mittet angelum suum
tecum, & secundabit viam tuam, & capies uxorem filio meo de familia mea,
& de domo patris mei.*

(A) Dominus cui placui ante ipsum ipse mittet angelum suum tecum.

(H) Dominus ait in cuius conspectu ambulo mittet angelum suum tecum et
diriget viam tuam accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea et de
domo patris mei.

**"Dominus, ait, in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum
et diriget viam tuam; accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea et
de domo patris mei.**

**Er aber sprach zu mir: ER, vor dem ich einhergewandelt bin, wird
seinen Boten mit dir schicken und deinen weg geraten lassen, und du
wirst ein Weib für meinen Sohn aus meiner Sippe und meinem
Vaterhause nehmen.**

**Er sprach zu mir: ER, vor dem ich einhergegangen bin, wird seinen
Boten mit dir senden, er wird deinen Weg glücken lassen, dass du für
meinen Sohn ein Weib aus meiner Sippe und aus dem Haus meines
Vaters nimmest.**

41 Innocens eris a maledictione mea, cum veneris ad propinquos meos, & non dederint tibi.

Tunc immunis (?) eris a iuramento meo, cum veneris ad familiam meam: & si non dederint tibi, eris immunis a iuramento meo.

(A) Tunc innocens eris a iuramento meo.

(H) Innocens eris a maledictione mea cum veneris ad propinquos meos et non dederint tibi.

Innocens eris a maledictione mea, cum veneris ad propinquos meos, et non dederint tibi; tunc innocens eris a maledictione mea".

Dann wirst du meiner Beeidigung ledig, wenn du zu meiner Sippe gekommen bist, und wenn sie sie dir nicht geben, bist du meiner Beeidigung ledig.

Dann wirst du straflos von meinem Droheid: Kamst du zu meiner Sippe; Geben sie dir sie nicht, bist du unsträflich vor meinem Droheid.

42 Veni ergo hodie ad fontem aquae, & dixi: Domine Deus domini mei Abraham si direxisti viam meam, in qua nunc ambulo,

Et veni hodie ad fontem, & dixi: Domine Deus domini mei Abraham, si es tu nunc secundans viam meam, qua ego ambulo super eam.

(I) Et dixi domine deus domini mei Abraham si tu prosperas viam meam quam ego nunc ingredior in eam.

(H) Veni ergo hodie ad fontem et dixi domine deus domini mei Abraham si direxisti viam meam in qua nunc ambulo.

Veni ergo hodie ad fontem et dixi: Domine, Deus domini mei Abraham, si

direxisti viam meam, in qua nunc ambulo,

Nun kam ich heute zur Quelle und sprach: O DU, Gott meines Herrn

Abraham, wenn du denn meinen Weg geraten lässest, auf dem ich gehe –

Nun kam ich heute zum Quell, und ich sprach: D u, Gott meines Herrn

Abraham, willst du doch wirklich meinen Weg glücken lassen, auf dem ich gehe.

43 Ecce sto iuxta fontem aquae; & virgo, quae egredietur ad hauriendam

aquam, audierit a me: Da mihi pauxillum aquae ad bibendum ex hydria tua.

Ecce ego stans super fontem aquae, & erit puella, egrediens ad hauriendum,

& dixero ad eam: Propina mihi quaeso parum aquae de hydria tua.

(I) Ecce ego sto super fontem aquae et filiae hominum civitatis egredientur
ad hauriendam aquam et erit virgo cui ego dixero da mihi bibere pusillum
aquae de hydria tua.

(H) Ecce ego sto iuxta fontem aquae et virgo quae egredietur ad hauriendam
aquam audierit a me da mihi pauxillum aquae ad bibendum ex hydria tua.

**Ecce sto iuxta fontem aquae; et virgo, quae egredietur ad hauriendam
aquam, audierit a me: "Da mihi pauxillum aquae ad bibendum ex
hydria tua";**

**Siehe da, ich stehe am Wasserquell, so gelte denn: Die Jungfrau, die
herauskommt, um zu schöpfen, und zu der ich sagen werde: Gib mir
doch ein wenig Wasser aus deinem Krüge zu trinken,**

**Da, hingetreten bin ich an den Wasserquell, es möge nun geschehn, die
Jungfrau, die zu schöpfen kommt, zu der ich spreche: Gib mir doch ein**

wenig Wasser aus deinem Krug zu trinken.

44 Et dixerit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis hauriam, ipsa est mulier quam praeparavit Dominus filio domini mei.

Et dixerit ad me: Etiam tu bibe, & etiam camelis tuis hauriam, ipsa uxor quam praeparavit Dominus filio domini mei.

(I) Et dicet mihi et tu bibe et camelis tuis hauriam haec mulier est quam paravit dominus famulo suo Isaac.

(H) Et dixerit mihi et tu bibe et camelis tuis hauriam ipsa est mulier quam praeparavit dominus filio domini mei.

Et dixerit mihi: "Et tu bibe, et camelis tuis hauriam", ipsa est mulier, quam praeparavit Dominus filio domini mei.

Und die zu mir sagen wird: Trinke und auch deinen Kamelen will ich schöpfen – die ist das Weib, das ER dem Sohn meines Herrn bestimmt hat.

Und sie spricht zu mir: Trink du selber, und auch deinen Kamelen will ich schöpfen, sie ist das Weib, das ER dem Sohn meines Herrn bestimmt hat.

45 Dumque haec tacitus mecum volverem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula; descenditque ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam: Da mihi paululum bibere.

Ego antequam complerem ad loquendum cor mecum, & ecce Ribcah egrediens, & hydria eius super humerum eius, & descendit ad fontem, &

hausit, & dixi ad eam: Propina mihi quaeso.

(H) Dum haec mecum tacitus volverem apparuit Rebecca veniens cum hydria quam portabat in scapula descenditque ad fontem et hausit aquam et aio ad eam da mihi paululum bibere.

Dum haec tacitus mecum volverem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula; descenditque ad fontem et hausit aquam. Et aio ad eam: Da mihi paululum bibere.

Ich war noch nicht zu Ende, zu mir zu reden, siehe da – Rebekka, herauskommend und ihren Krug auf der Schulter. Sie stieg hinab zur Quelle und schöpfte, da sprach ich zu ihr: Gib mir doch zu trinken! Ehe ich aber noch vollendet hatte, zu meinem Herzen zu reden, da zog Ribka einher, ihren Krug auf ihrer Schulter, und schritt zum Quell nieder und schöpfte. Ich sprach zu ihr: Letzte mich doch!

46 Quae festinans deposuit hydriam de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquavit camelos.

Et festinavit, & descendere fecit hydriam suam desuper se, & dixit: Bibe, & etiam camelos tuos potabo, & bibi & etiam camelos potavit.

(H) Quae festina deposuit hydriam de umero et dixit mihi et tu bibe et camelis tuis potum tribuam bibi et adaquavit camelos.

Quae festina deposuit hydriam de umero et dixit mihi: "Et tu bibe, et camelis tuis potum tribuam". Bibi, et adaquavit camelos.

Und sie nahm eilends den Krug von sich herab und sprach: Trinke, und auch deine Kamele will ich tränken, und ich trank, und auch die Kamele

tränkte sie.

Eilends senkte sie ihren Krug von sich nieder und sprach: Trink, und auch deine Kamele will ich letzen. Ich trank, und auch die Kamele letzte sie.

47 Interrogavitque eam, & dixi: Cuias es filia? Quae respondit: Filia Bathuelis sum, filii Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque, innaures ad ornandam faciem eius, & armillas posui in manibus eius.

Et interrogavi eam, & dixi: Filia cuius tu? & dixit: Filia Bethuel filii Nachor, quem peperit ei Milcha. Et posui inaurem super faciem eius, & armillas super manus eius.

(H) Interrogavitque eam et dixi cuius es filia quae respondit filia Bathuelis sum filii Nahor quem peperit illi Melcha suspendi itaque innaures ad ornandam faciem eius et armillas posui in manibus.

Interrogavitque eam et dixi: Cuius es filia? Quae respondit: "Filia Bathuelis sum filii Nachor, quem peperit illi Melcha". Suspendi itaque anulum in naribus eius et armillas posui in manibus eius.

Und ich fragte sie und sprach: Wessen Tochter bist du? Sie antwortete: Die Tochter Betuels, Sohnes Nahors, die ihm Milka geboren hat, da legte ich den Ring an ihr Gesicht und die Spangen an ihre Hände.

Nun fragte ich sie, ich sprach: Wessen Tochter bist du? Sie sprach: Tochter Btuels, Sohn Nachors, den ihm Milka gebar.

48 Pronusque adoravi Dominum, benedicens Domino Deo domini mei Abraham,

qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filiam fratris domini mei filio eius.
Et inclinavit me, & incurvavi me Domino, & benedixi DOMINO Deo domini mei Abraham, qui duxit me in via veritatis, ad capiendum filiam fratris domini mei filio eius.

(A) Et benedixi dominum deum domini mei Abraham.

(H) Pronusque adoravi dominum benedicens domino deo domini mei Abraham qui perduxisset me recto itinere ut sumerem filiam fratris domini mei filio eius.

Pronusque adoravi Dominum benedicens Domino, Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filiam fratris domini mei filio eius.

Und ich neigte und warf mich *IHM* hin und pries *IHN*, den Gott meines Herrn Abraham, der mich einen wahren Weg geleitet hatte, die Tochter des Bruders meines Herrn für seinen Sohn zu nehmen.

Ich legte den Ring an ihre Nase und die Spangen an ihre Arme, ich bückte mich und warf mich nieder vor *IHM* und segnete *IHN*, den Gott meines Herrn Abraham, der mich treuen Wegs geleitete, die Tochter des Bruders meines Herrn für seinen Sohn zu nehmen.

49 Quamobrem si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi, sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, ut vadam ad dexteram, sive ad sinistram.

Et nunc, si estis vos facientes misericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi. Et si non, indicate mihi & respiciam super dexteram vel super

sinistram.

(A) Si ergo facitis misericordiam et iustitiam ad dominum meum renuntiate mihi renuntiate mihi ut redeam in dextra aut sinistram.

(H) Quamobrem si facitis misericordiam et veritatem cum domino meo indicate mihi sin autem aliud placet et hoc dicite ut vadam ad dextram sive ad sinistram.

Quam ob rem, si facitis misericordiam et veritatem cum domino meo, indicate mihi; sin autem aliud placet, et hoc dicite mihi, ut vadam ad dexteram sive ad sinistram”.

Also: Wenn ihr Liebe und Treue an meinem Herrn tun wollt, so sagt es mir an, und wenn nicht, sagt es mir an, und ich will mich zur Rechten oder zur Linken wenden.

Jetzt also, wollt ihr wirklich Huld und Treue meinem Herrn antun, meldet mir’s, und wo nicht, meldet mir’s, dass ich mich zur Rechten oder zur Linken wende.

50 Responderuntque Laba & Bathuel: A Domino egressus est sermo: Non possumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum.

Et respondit Laban & Bethuel, & dixerunt: A Domino exiit verbum. Non poterimus, loqui ad te malum vel bonum.

(H) Responderunt Laban et Bathuel a domino egressus est sermo non possumus extra placitum eius quicquam aliud tecum loqui.

Responderunt Laban et Bathuel: “A Domino egressus est sermo; non possumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum.

Da antworteten Laban und Betuel und sprachen: Von IHM ist die Sache ausgegangen, wir können zu dir nicht Schlimmes oder Gutes reden.

Laban antwortete und Btuel, sie sprachen: Von IHM ist dies ausgezogen, nicht können wir zu dir reden, böse oder gut.

51 En Rebecca coram te est: Tolle eam, & proficiscere, & sit uxor filii domini tui, sicut locutus est Dominus.

Ecce Ribcah coram te: Accipe, & vade, & sit uxor filio domini tui, quemadmodum locutus est Dominus.

(H) En Rebecca coram te est tolle eam et proficiscere et sit uxor filii

(A) Domini tui quemadmodum locutus est dominus.

(H) domini tui sicut locutus est dominus.

En Rebecca coram te est; tolle eam et proficiscere, et sit uxor filii domini tui, sicut locutus est Dominus”.

Siehe da, Rebekka ist vor dir, nimm und gehe, und sie werde das Weib für den Sohn deines Herrn, wie ER geredet hat.

Da ist Ribka vor dir, nimm sie und geh, dass sie für den Sohn deines Herrn ein Weib werde, wie ER geredet hat.

52 Quod cum audisset puer Abraham, procidens adoravit in terram Dominum.

Et fuit quando audivit servus Abraham verba eorum, incurvavit se in terram Domino.

(H) Quod cum audisset puer Abraham adoravit in terra dominum.

**Quod cum audisset puer Abraham, procidens adoravit in terram
Dominum.**

**Als nun der Knecht Abrahams ihre Worte gehört hatte, da warf er sich
IHM zur Erde.**

**Es geschah, als Abrahams Knecht ihre Rede hörte, er warf sich zur Erde
vor IHM.**

53 Prolatisque vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccae pro
munere, fratribus quoque, eius & matri dona obtulit.

*Et protulit servus vasa argenti, & vasa auri, & vestes, & dedit ipsi Ribcah, &
pretiosa dedit fratri eius, & matri eius.*

(M) Vasa aurea et argentea et vestem dedit Rebeccae munera.

(H) Prolatisque vasis argenteis et aureis ac vestibus dedit ea Rebeccae pro
munere fratribus quoque eius et matri dona obtulit.

**Prolatisque vasis argenteis et aureis ac vestibus, dedit ea Rebeccae; res
pretiosas dedit fratri eius et matri.**

**Und der Knecht brachte silberne Geräte und goldene Geräte und
Kleider hervor und gab sie Rebekka, und Gaben gab er ihrem Bruder
und ihrer Mutter.**

**Und der Knecht zog hervor Geräte von Silber und Geräte von Gold und
Gewänder und gab sie Ribka, und Kleinodien gab er ihrem Bruder und
ihrer Mutter.**

54 Inito convivio, vescentes pariter & bibentes manserunt ibi. Surgens autem

mane locutus est puer: Dimittite me, ut vadam ad dominum meum.

Et comederunt, & biberunt, ipse & viri qui cum eo, & pernoctaverunt. Et surrexerunt in diluculo. Et dixit: Dimittite me ad dominum meum.

(H) Initoque convivio vescentes pariter et bibentes manserunt ibi surgens autem mane locutus est puer dimitte me ut vadam ad dominum meum.

Tunc comederunt et biberunt ipse et viri, qui erant cum eo, et pernoctaverunt ibi. Surgens autem mane locutus est puer: “Dimittite me, ut vadam ad dominum meum”.

Und sie aßen und tranken, er und die Männer, die bei ihm waren, und blieben zur Nacht. Und sie erhoben sich am Morgen, und er sprach: Entlasset mich zu meinem Herrn.

Sie aßen und tranken, er und die Männer, die bei ihm waren, und übernachteten. Am Morgen machten sie sich auf, und er sprach: Entsendet mich zu meinem Herrn.

55 Responderuntque fratres eius & mater: Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur.

Et dixit frater eius, & mater eius: Maneat puella nobiscum dies vel decadem postea ibis.

(H) Responderunt fratres eius et mater maneat puella saltem decem dies apud nos et postea proficiscetur.

Responderuntque frater eius et mater: “Maneat puella saltem decem dies apud nos et postea proficiscetur”.

Da sprach(en) ihr Bruder und ihre Mutter: Es bleibt doch das Mädchen

bei uns ein Jahr oder zehn Monate, dann mag sie gehen.

Aber ihr Bruder sprach und ihre Mutter: Bleibe doch das Mädchen noch ein paar Tage lang, sei's ein Zehnt, bei uns, danach mag sie gehen.

56 Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam; dimittite me, ut pergam ad dominum meum.

Et dixit ad eos: Ne retardetis me, & Dominus secundavit viam meam.

Dimittite me, & ibo ad dominum meum.

(H) Nolite ait me retinere quia dominus direxit viam meam dimittite me ut pergam ad dominum meum.

“Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam; dimittite me, ut pergam ad dominum meum”.

Er aber sprach zu ihnen: Haltet mich nicht zurück, ER hat meinen Weg glücken lassen, entlasset mich, dass ich zu meinem Herrn gehe!

Er sprach zu ihnen: Haltet mich nimmer auf, ER hat meinen Weg glücken lassen, entsendet mich, dass ich zu meinem Herrn gehe.

57 Et dixerunt: Vocemus puellam, & quaeramus ipsius voluntatem.

Et dixerunt: Vocemus puellam, & interrogemus os eius.

(I) Illi autem dixerunt clamemus puellam.

(H) Dixerunt vocemus puellam et quaeramus ipsius voluntatem.

Dixerunt: “Vocemus puellam et quaeramus ipsius voluntatem”.

Da sprachen sie: Wir wollen das Mädchen rufen und sie selbst befragen.

Sie sprachen: Wir wollen das Mädchen rufen und ihren Mund befragen.

58 Cumque vocata venisset, sciscitati sunt: Vis ire cum homine isto? Quae ait:
Vadam.

*Et vocaverunt Ribcah, & dixerunt ad eam: Numquid ibis cum viro isto? Et
dixit: Ibo.*

(I) Dixerunt ad eam at illa respondens dixit.

(H) Cumque vocata venisset sciscitati sunt vis ire cum homine isto quae ait
vadam.

Cumque vocata venisset, sciscitati sunt: “Vis ire cum homine isto?”.

Quae ait: “Vadam”.

**Und sie sprachen zu ihr: Willst du mit diesem Manne gehen? Und sie
sprach: Ich will.**

**Sie riefen Ribka und sprachen zu ihr: Willst du mit diesem Manne gehen?
Sie sprach: Ich will gehn.**

59 Dimiserunt ergo eam, & nutricem illius, servumque Abraham, & comites eius.

*Et dimiserunt Ribcah sororem suam, & nutricem eius, & servum Abraham, &
viros eius.*

(O) Et dimiserunt Rebeccam sororem suam et substantiam eius et servum
Abraham et viros qui cum eo erant.

(H) Dimiserunt ergo eam et nutricem illius servumque Abraham et comites
eius.

**Dimiserunt ergo Rebeccam sororem eorum et nutricem illius servumque
Abraham et comites eius.**

Da entließen sie Rebekka, ihre Schwester und ihre Amme und den Knecht Abrahams und seine Leute.

Nun entsandten sie ihre Schwester Ribka samt ihrer Amme, und Abrahams Knecht mit seinen Leuten.

60 Imprecantes prospera sorori suae atque dicentes: Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum.

Et benedixerunt Ribcah, & dixerunt ei: Soror nostra, tu sis in mille decem millium & haereditet semen tuum portam odientium ipsum.

(A) Dixerunt soror nostra es esto in milia milium et hereditate obtineat semen tuum civitates adversariorum.

(H) Imprecantes prospera sorori suae atque dicentes soror nostra crescas in mille milia et possideat semen tuum portas inimicorum suorum.

Imprecantes prospera sorori suae atque dicentes: “Soror nostra es, crescas in mille milia, et possideat semen tuum portas inimicorum suorum!”.

Und sie segneten Rebekka und sprachen zu ihr: Unsere Schwester, du werde zu Tausenden von Myriaden, und es nehme dein Same das Tor deiner Hasser ein!

Und segneten Ribka und sprachen zu ihr: Unsere Schwester, werde du zu tausendfältiger Menge! Ererbe dein Same das Tor seiner Hasser!

61 igitur Rebecca & puellae illius, ascensis camelis, secutae sunt virum; qui festinus revertebatur ad dominum suum.

Et surrexit Ribcah, & puellae eius, 6 equitaverunt super camelos, & iverunt post virum. Et tulit servus Ribcah, & abiit.

(H) Igitur Rebecca et puellae illius ascensis camelis secutae sunt virum qui festinus revertebatur ad dominum suum.

Igitur surrexit Rebecca et puellae illius et, ascensis camelis, secutae sunt virum; sumpsitque servus Rebeccam et abiit.

Da erhob(en) sich Rebekka und ihre Mägde, und sie bestiegen die Kamele und folgten dem Manne, und der Knecht nahm Rebekka und ging.

Ribka machte sich auf samt ihren Mädchen, sie ritten auf den Kamelen, dem Mann nachgehend. Der Knecht nahm Ribka und ging.

62 *Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quae ducit ad puteum, cuius nomen est, Viventis & Videntis, habitabat enim in terra australi.*

Et Ischac veniebat a veniendo Beer Lachai roi. Et ipse sedens in terra meridiei.

(I) Deambulabat ad puteum iuramenti (O) et ipse habitabat in terra austri.

(H) Isaac deambulabat per viam quae ducit ad puteum cuius nomen est viventis et videntis habitabat enim in terra australi.

Isaac autem venerat a regione putei Lahairoi et habitabat in terra Nageb.

Isaak aber kam des Weges vom Brunnen Lachaj roi, er wohnte im Lande des Negeb.

Jizchak war gekommen von wo du zum Brunn des Lebenden Michsehenden kommst, er siedelte nämlich im Südland.

63 Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die. Cumque elevasset oculos, vidit camelos venientes procul.

Et egressus erat Ischac ad meditandum in agro, ad respiciendum vesperam & elevavit oculos suos, & vidit, & ecce cameli venientes.

(E) Et exi(v)it Isaac exerceri in campo meridie.

(H) Et egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die cumque levasset oculos vidit camelos venientes procul.

Et egressus est Isaac ad lamentandum in agro, inclinata iam die.

Cumque levasset oculos, vidit camelos venientes.

Und Isaak war hinausgegangen, um sich im Felde zu ergehen, als der Abend sich wandte, und erhob seine Augen und sah und siehe: Kamele kamen.

Nun zog Jizchak hinaus, zu sinnern auf jenem Anger um die Abendwende.

Er hob seine Augen und sah: Da, Kamele kommen.

64 Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit de camelo.

Et elevavit Ribcah oculos suos, & vidit Ischac, & cecidit desuper camelo.

(I) Vidit desiluit de camelis.

(H) Rebecca quoque conspecto Isaac descendit de camelo.

Rebecca quoque levavit oculos et vidit Isaac; descenditque de camelo.

Rebekka aber erhob ihre Augen und sah den Isaak und fiel auf dem Kamel vornüber.

Ribka hob ihre Augen und sah Jizchak. Sie glitt vom Kamel hinab.

65 Et ait ad puerum: Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis?

Dixitque ei: Ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium, operuit se.

Et dixit ad servum: Quis vir iste, ambulans in agro occursum nostrum? Et dixit servus: Ipse dominus meus. & accepit velamentum & operuit se.

(O) Et tulit theristrum et operuit se.

(H) Et ait ad puerum quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis dixit ei ipse est dominus meus at illa tollens cito pallium operuit se.

Et ait ad puerum: “Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis?”. Dixitque ei: “Ipse est dominus meus”. At illa tollens cito velum operuit se.

Und sie sprach zu dem Knecht: Wer ist dieser Mann da, der auf dem Felde uns entgegengeht. Der Knecht sprach: Das ist mein Herr. Da nahm sie den Schleier und bedeckte sich.

Und sprach zum Knecht: Wer ist der Mann drüben, der auf dem Anger uns entgegengeht? Der Knecht sprach: Das ist mein Herr. Sie nahm den Schleier und verhüllte sich.

66 Servus autem cuncta quae gesserat, narravit Isaac.

Et narravit servus ipsi Ischac omnia verba quae fecerat.

(H) Servus autem cuncta quae gesserat narravit Isaac.

Servus autem cuncta, quae gesserat, narravit Isaac;

Der Knecht aber erzählte dem Isaak alle Dinge, die er getan hatte.

Der Knecht aber erzählte Jizchak alle Dinge, die er getan hatte.

67 Qui introduxit eam in tabernaculum Sarae matris suae, & accepit eam uxorem; & in tantum dilexit eam, ut dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

Et introduxit eam Ischac in tabernaculum Sarah matris suae, & accepit Ribcah, & fuit ei in uxorem, & dilexit eam & consolatus est se Ischac post matrem suam.

(I) Et accepit Rebeccam et facta est ei uxor et dilexit eam et consolatus est a luctu matris suae.

(H) Qui introduxit eam in tabernaculum Sarrae matris suae et accepit eam uxorem et in tantum dilexit eam ut dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret.

Qui introduxit eam in tabernaculum Sarae matris suae et accepit Rebeccam uxorem; et dilexit eam et consolatus est a morte matris suae.

Und Isaak brachte sie in das Zelt seiner Mutter Sara, und er nahm Rebekka, und sie ward ihm zum Weibe, und er liebte sie, und Isaak tröstete sich nach seiner Mutter.

Und Jizchak ließ sie in das Zelt Sfaras seiner Mutter kommen. Er nahm Ribka, und sie wurde sein Weib, und er liebte sie, getröstet wurde Jizchak nach seiner Mutter.